Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aliqua. sed omnia de cordibus uestris debetis fratribus donare commissa.
quia iustissimum est apud deum. ut iuxta mensuram pietatis eius. qua nr̄a
nobis donauit delicta. donemus nos fratribus omnia quę innobis commiserūt
peccata. ut libere deo dicere ualeamus. Dimitte nobis debita nostra. sic
& nos dimittimus debitoribus nostris. Ac per hoc om̄s culpas quę innobis
committuntur parati simus ignoscere: si nobis desideramus ignosci. Nemo
contra se teneat non remittendo. ne contra illum teneatur non ignoscendo.
Ait enim dominus de seruo nequam. qui noluit conseruo suo remittere culpā.
Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. quo adusq; redderet uniuer-
sum debitum. Cuius exemplum cauere nos ammonet dicens. Sic & pater meus
celestis faciet uobis. si non remiseritis unus quisq; fratri suo de cordib; ur̄is.
Nedicas in lingua ignosco. & corde differas. Conscientiam enim tuam deus
conspicit. Vis ergo. ut tibi deus ut tibi deus omnia debita dimittat. dimitte &
tu omnia debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis hoc pacto & placito. cum
deo obligaris. cum dicis. dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus.
Hinc alio lo[illegible] co dominus ait. Di[illegible] mittite. & dimittetur uobis. date.
& dabitur [illegible] uobis. Interrogatus est senex. Quid est humilitas. Et ille
respondit. [illegible] qui c[illegible] Si peccanti inte fratri ignoueris. ante quam apud te
peniten[illegible] nund[illegible] tiam agat. & benefacias his qui tibi male faciunt. Dixit
abbas anto[illegible] Eo[illegible] nius. Quia de proximo est uita & mors. Si enim lucrem̄
fratrem. lucrabimur deum. Si enim scandalizamus fratrem. in xp̄o pec-
camus. Dicebat abbas ypericius. Eripe fratrem a peccatis. quanta tibi est
uirtus sine improperio. quoniam conuertentes deus non repellit a se. Ver-
bum autem malitię & nequitię. non habitet in corde tuo aduersus fr̄em
tuum. ut possis dicere. Dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimitti-
mus debitoribus nostris. De hoc capitulo & alibi scriptum est. Vt sitis sine
querela. & simplices sicut filii d̄i. Ille enim est sine querela. qui quan-
tum fragilitas permittit humana. uitam studet ducere sine culpa. Que-
relam contra deum uel proximum. commissa suscitat culpa. Ergo ille
uiuit sine querela. qui non ducit uitiis sordidam uitam. nec cōmit-
tit culpam. unde illi iuste inferatur querela. Lxvii

Hinc De eo qd̄ filii d̄i sum⁹. & hereditas ei⁹. illeq; nr̄a.
apostolus ait. Quoniam estis filii d̄i. misit deus spiritum filii
sui in corda ur̄a. clamantem abba pater. Numquam enim aude-